



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

X. De administratione Eucharistiæ in gratiæ statu

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

quispiam participet de suo sacrificio, quam ipse participarit, quandoquidem & ante ejus sumptionem necdum sit hostia integrè & perfectè sacrificata. Atque omnes oblationes, orationes benedictiones, spectant etiam ad parvas hostias æquè ac ad majorem: ideoque debent esse super Aram, super Corporale, juxta Calicem; nec distribui debent antequam Sacerdos communicarit.

CAPUT X.

De administratione Eucharistia in gratia statu. Conclusio.

Administrans Sacramentū Eucharistia cum conscientia peccati mortalis sine contritione & confessione, vel saltem proposito confitendi, peccat mortaliter. Ita Rituale nostrum Leodiense pag. 101. & passim Ritualia, in aliis Dioccesibus. Quare multis dictis & piis, qui rem ponderant in pondere sæctuarii, displicet opinio illa, cujus inter primos patronos recensetur Valerius, quem nonnulli secuti sunt recentiores, quæ dicit: *Ministrum non peccat*

peccare mortaliter, quando non conficit
 Sacramentum Eucharistiae, sed & pra-
 consecratis administrat. Opinio certè
 ex eo mihi non probatur, quod sit
 contra totam Scholæ antiquitatem
 eodque diminuatur. Sacramento Eu-
 charistico debitam reverentiam, &
 ministerii Eucharistici elevet dignita-
 tem, quasi esset leve & nudum aliquod
 ministerium.

Pro pleniore explicatione suppono
 generaliter ex cõmuni & certa Theo-
 logorum sententia, Ministros Sacra-
 mentorum ordinariè obligari ad statu-
 gratiæ, dum ea conficiunt & ministrant
 officio. Oritur autem hæc obliga-
 tio ex sanctitate Sacramenti, tum
 ex consecratione ministri. Accepit e-
 nim in sua consecratione gratiam san-
 ctificantem, ut se conformet Principa-
 li agenti & Sacerdoti Christo, tanquã
 instrumentum sanctum quo utitur ad
 primarias functiones sacerdotii sui, &
 ad gratiam aliis communicandum vir-
 tute & efficacia Sacramenti suæ pote-
 stati & dispensationi commissi.

Distina

Distinguat ergò, quantum voluerit, Vasquius cum suis sequacibus, & dicat esse diversitatem in hoc Sacramento Eucharistiæ ab aliis, qui in aliis conficit & ministrat, hic autem non conficit ministrando, sed jam præconfectum applicat & distribuit. *Interrogo* interim primo an hoc ministerium non sit gravissimum? an non sit dispensatio Mysterii Mystriorum, quod passim *Tremendum Mystrium* vocant Sancti Patres? An dispensatio corporis divinitati conjuncti & sanguinis pretiosissimi & sanctissimi non satis ex se clamet, & sanctitatem requirat in ministrante & dispensante? Certè *sanctè Sancta tractanda*, jure divino & naturali constat.

Interrogo 2. An Sacerdos non representet specialiter personam Christi, non solum conficiendo, sed etiam ministrando? & an ministratio hujus Sacramenti non debeat censerì inter primarias functiones Sacerdotii Christi? Quare ergo non tenetur hic Minister summo suo Sacerdoti sese conformare?

mare, cujus personam repræsentat,
 & vices agit? Certè tenetur ex eo ca-
 pite se in gratiæ statu hic exhibere, &
 sic agere, ut possit dicere cum Apосто-
 lo: *Ego honorificabo ministerium meum.*
 Rom. II.

Interrogo 3. An Sacerdos non mini-
 strat plebi Eucharistiam ex officio &
 potestate sibi specialiter in ordina-
 tione concessa? An non & in illa acce-
 dit gratiam, tam ad ministrandum
 dignè quam ad dignè conficiendum
 hoc Sacramentum? Ergo memor esse
 debet strictæ obligationis sibi anne-
 ctæ. Debet, inquam, memor esse illius
 apostolicæ præceptionis, quoties mi-
 nistrat: *Resuscita gratiam quæ est in te
 per impositionem manuum.* 2. Tim. I.

Interrogo 4. An hæc actio ministran-
 di Eucharistiam non sit ordinata pro-
 pter ad sanctificationem conferendã
 accipienti, & quidem ex opere ope-
 rato? Ergo & ex hoc titulo obligatur
 Sacerdos ad illam exercere in gratia & sanctitate;
 necesse excidere memoria debet illud
 apostoli: *Sic nos existimet homo ut Mi-
 nistros*

nistros Christi, & Dispensatores mysterium veræ
 rum Dei; sed jam quaritur inter Dispensatores? Mu-
 satores, ut fidelis quis inveniat. 1. Cor. 1. Cor. 1. Cor.
 4. Hæc est prima fidelitas, ut possit licite adducunt
 dicere Minister, Dominus Iesus, in Spiritu abibit con-
 tu sancto, non minùs quàm suscipiens. Interro-
 Interrogo. 5. Quid sit majus, an Arca imper ex
 antiqua, an hoc novi Sacramentum vel solu-
 fœderis? Illius parum digna tractatio senti, id
 Ozam percussit Levitam: Ergo & hic require-
 Sacerdotes accedentes ad Dominum san-
 ctificentur; ne percutiat eos Dominus. 1. Cor. 1. Cor.
 Annon Nadab & Abiu dum in igne videntem
 alieno thuribulum ministrant percussit id passim
 sunt? Hi autem designant Ecclesia cent quo-
 Ministros, qui carent igne cælestis trans obli-
 gratiæ, & audent ministrare cum igne est. Ce-
 cupiditatis terrenæ, nec formidant ju-
 dicitium Dei, nec plene attendunt il-
 lud: Sanctificabor in his qui appropi-
 quant mihi, Neque dicas hoc solum immund
 debere intelligi de sacrificantibus, Na-
 si olim præcipiebatur, Mundamini que-
 fertis vasa Domini, quantò magis hinc accipe du-
 qui portant & dispensant sanctissimam se cor-
 Corpus & Sanguinem Christi, ut ple- Postreme
 bet

mysterio-rem veræ sanctitatis efficiant partici-
 Dispens-tem? Mundentur ergò à peccato sal-
 r. i. Con-tem mortali, alioqui damnationē sibi
 ossit hic adducunt, & sanguis ille testimonium
 in Spir-abit contra eos.

accipiens. Interrogo 6. An non Sancti Patres
 an Arca-mpet existimarunt gravissimum ef-
 nentum-vel solum ministerium hujus Sacra-
 tractatio-menti, ideoque puritatem magnam
 o & hic-quirere dixerunt? Audi S. Chrysosto-
 um fan-um: *Quo non splendidiorum radio so-*
 dominus-ri oporteret esse manum, carnem hanc
 in igne-videntem? Hinc & ministerium i-
 percussit-nd passim vocant Angelicum, ut in-
 Ecclesia-acent quomodò ad puritatem mini-
 cælestis-ans obligetur, quia Angelus Domi-
 um igne-est. Certè Sacerdos se hic gerit ut
 dant ju-uidam Seraphim, accipiens de altari
 dunt il-avino *Calculus ignitus* & cælestem,
 ppropria-vo purget labia & cor peccatoris se-
 c solum-immundum agnoscentis, ac se hu-
 us. Na-iliantis. Absit autem, ut *Calculus*
 mini que-um divinum umquam tractet absq;
 gis hio-ocipe duplicis charitatis, alioqui
 tiffim-tem se coram Deo statuit.

ut ple-Postremò, cum olim Diaconi hoc
 ber-
 Sacra-

Sacramentum ministrare permitte-
rentur ex commissione Sacerdotis, ut
exemplo S. Laurentii patet, dicentis S.
Xisto : *Experire utrum ministrum ido-
neum elegeris , cui commisisti* Dominici
sanguinis dispensationem ; tunc tene-
batur & ipsi ministrare in gratia. Hinc
in vita S. Epiphanii apud Surium 12.
Maii legimus Diaconum leprâ per-
cussum, quod indigne ministraret in
ordine suo.

Cur ergò dicunt levem hic & veni-
lem irreverentiam intervenire, qua-
do Sacerdos non conficit , sed solum
ministrat ? Dicant consequenter ne-
cesse est leve esse ministerium hoc,
quod Sancti Patres plusquam Angeli
cum vocant. Imò de hoc ministerio
multi inrelligunt illud Apostoli pro
Diaconis : *Habentes mysterium fidei
conscientia pura*, q. d. Non tractent
charistiam, & Calicem Domini,
quo est Mysterium fidei, nisi puram
te & conscientia. Ita explicant He-
lius, Catharinus, Soto major, Magal-
rus, Cornelius, & alii. Tim. 3.